# 54. Mars praecurrit in planetis

Piae Cantiones 1582

Anonymus




2. Ducunt vaccas, equos, boves,
Capras, hircos, porcos, oves,
Et si qua similia.
Ducunt lanam atquae linum,
De rapinis implent sinum,
Nudat matrem filia.
En Iudex ante ianuam
Clamat: redde quod tulisti,
Vel peribis casu tristi,
Mortem per turpissimam.

3. Iesu Christe Fili Patris
Confer nobis iam renatis
Tuum sanctum Spiritum,
Quid prodesset nobis nasci,
Si tu velles Rex irasci
Ad nostrum interitum?
Memento quod sumus tui,
Tu es factor, nos factura,
Tibi sit pro nobis cura,
Te precamur cernui.

Edition © 2010 Mats Lillhannus
Edition may be freely downloaded, performed and recorded.